

tarum^{a)} librarum denarii precipiendo / mandamus quatenus III die non feriata post harum presentationem compareatis / cum omnibus libris condempnationum et introytuum terre vestre a V / annis citra factarum, per syndicum legitime ordinatum coram the/saurario curie posituri integre rationem et satisfacturi [...] / nomine Romane Ecclesie de tota parte Romanam curiam de dictis libris condempnationum / et introytibus contingentem (l). Alioquin etc. //

60.

Ray(nerius, Rektor des Herzogtums Spoleto) verbietet den Gemeinden seines Amtsbezirks, dem Gentilis Guillelmi de Spoleto, der einige Einwohner von Montefalco überfallen und eingekerkert hat, Zuflucht zu gewähren.

Hs. fol. 10^v.

(1290—1291)

Ray(nerius)³⁹⁾ etc., universis potestatibus, / rectoribus, vicariis, comitatibus et universitatibus civitatum, castrorum / et diversarum terrarum per ducatum Spoleti constitutis, presentes litteras in/s[pe]cturis, salutem. Presenti vobis pagina [nun]tiamus quod nuper / dominum Gentilem domini Guillelmi de Spoleto in quingentis florenis auri / et in ammissione capitis, si in fortiam curie venerit, de toto du/cato predicto exbandivimus ac etiam condempnavimus et in devastatione / et publicatione omnium bonorum suorum, pro eo quod quosdam de Monte / Falco⁴⁰⁾ auctoritate propria violenter et malo modo de proximo preterito mensi septembri / in strata publica in dist[ri]ctu Spoleti invasit et cepit personaliter et eos / duxit et detinuit in civitate Spoleti vel alibi, contra eosdem pri/vatum carcerem exercendo, prout hec et alia in sententia condempnationis / ipsius plenius continentur. Unde, cum intendamus dictam sententiam et con/dempnationem omni via et iure quo melius possumus executioni / mandare, ut pena ipsius malefactoris aliis veniat in exemplum, / vobis tenore presentium, sub pena C marcharum cuilibet potestati et rectori et quingentarum^{b)} / cuilibet universitati et civitati, penitus districte precipiendo mandamus quatenus / ipsum dictum Gentilem in terris vestris non receptetis sed vitetis omnino. / Et si ad partes vestras ipsum quomodolibet contingeret declinare, / capiatis

a) V^c Hs.

b) V^c Hs.

³⁹⁾ Vgl. oben S. 141.

⁴⁰⁾ Montefalco (Prov. Perugia).